



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hermanni Conringii De Antiquitatibus Academicis Dissertationes

Conring, Hermann

Helmeftadii, 1674

Supplementum XIII. Ad pag. XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

prope furiosa fronte perturbant ordinem, quem quisq. discipulis ad proficiendum instruerit. Multa injuriosa faciunt, mira hebrudine. & puniendū legibus, nisi consuetudo patrono sit: hoc miseriores eos ostendens quo quasi iam liceat faciunt, quod per tuam aeternam legem nunquam licebit, & impune se facere arbitratur, cum ipsa faciendi cecitate puniantur, & incomparabiliter patiuntur pejora quā faciunt. Ergo quos mores cum studerem meos esse nolui, eos cum docerem cogebam perpeti alienos, & ideo placebat ire, ubi tali non fieri omnes qui nūverant iudicabant. Hæc omnia sanctissimus Ecclesiæ pater. Eodem libro etiam hæc habet: Sedulo agere ceperam propter quod veneram, ut docerem Romæ artem Rhetoricam & prius domi congregarem aliquos, quibus & per quos innotescere ceperam: & ecce cognosco, alia Romæ fieri quæ non pariebar in Africa. Nam revera illas everisiones à perditis adolescentibus ibi non fieri, manifestatum est mihi. Sed subito inquirunt: Ne mercedem magistro reddant, conspirant multi adolescentes, & transferunt se ad alium, desertores fides, & quibus pro pecunia charitate justitia vilis est. Oderat etiam illos cor meum quamvis non perfecto odio. Etiam hæc ille. Everisionum autem ita nuncupatarum diabolicum institutum jam execratus fuerat lib. 4. Unde liquet, etiam tunc Scholas juvenilibus vitiis infectas, etsi non ubi vis iisdem.

SUPPLEMENTVM XIII.

Ad pag. xvii.

MEDIOLANI, de cuius urbis Schola verbo aliquid Mattigi pag. 17. itidem unum duntaxat fuisse Ordinarium magistrum Rhetorices, eumque constitui solitum à Præfecto Urbis (indubie quod intra limites Urbicæ Præfecturæ tunc Mediolanum censeretur) præviâ tamen probatione aliquâ, docent ipsamet à me laudata S. Augustini verba. Itaq. posteaquam missum est à Mediolano Romam, ad

Sunt

Ff 3

Præfe-

*Præfectum Urbis, ut illi civitati Rhetoricæ magister provide-
tur, in partita etiam euectione publica; ego ipse ambrosi per eos-
dem ipsos Manichæis vanitatibus ebrios (quibus ut carerem ibam,
sed utriq; nesciebamus) ut dictione proposita me probatum
Præfectus tunc Symmachus mitteret. Et veni Mediolanum ad Am-
brosum Episcopum. Hactenus Augustinus.*

De CARTHAGINE ejusque studiis haud abs re fue-
rit addere Salviani item, Massiliensis presbyteri, patriâ au-
tem quantum videtur Agrippinensis, facundia & sancti-
tate perquam eximii eju dem pene tempestatis scriptoris
ex libro septimo de Gubernatione Dei verba aurea. *Illic omnia
officiorum publicorum instrumenta, illic artium liberalium scho-
la, illic Philosophorum officina, cuncta deniq; vel linguarum
gymnasia vel moram.*

Scribit porro S. Augustinus l. 2. *Confessionum*, sese à pa-
rentibus missum MADAVRVM, literarum atque oratio-
nis percipiendæ gratia. *Libro item quinto & sexto me-
morat, docuisse sese & in patrio oppido. Ut proinde fu-
erint tum Africæ etiam non magnis civitatibus Scholæ
quædam Oratoriæ, ac proinde & Grammaticæ. Utrum
vero illæ fuerint etiam publicis impensis habitæ, nec ne,
haud dixerim.*

SUPPLEMENTVM XIV.

Ad pag. xliix.

Scholæ juris Romani BERYTIENSIS, jam ante Diocle-
tiani & Maximiani Imperium, meminit S. Gregorius
Neocæsariensis Episcopus: qui magnorum miraculorum
patratorum dignitate *Θαυματουργὸς* cognomentum meruit.
Is enim in Panægyrico, quem in magistri sui Origenis
laudem conscripsit, ita loquutus est. *ἡ τῶν Βηρυτίων πόλις,
Ρωμαϊκοτέρα πῶς, καὶ τῶν γόμων τέτων εἶναι πισδωτέρα παιδωπέρι
Hunc.*